



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli**

**Kircher, Heinrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1676**

§. I. Epistola prima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39100**

# TRACTATUS IV.

## ANALYSIS PRIMARUM TRIUM EPISTOLARUM.

Verba singularum præmittemus singulis deinceps §§is.

### VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap. 2. Vers. 1.) Angelo EPHESI Ecclesia scribe: Hac dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelaborum aureorum: (v. 2.) Scio operatua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos: & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: & invenisti eos mendaces: (v. 3.) & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti. (v. 4.) Sed habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. (v. 5.) Memor esto itaque unde excideris: & age paenitentiam, & prima opera fac. si autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi paenitentiam egeris. (v. 6.) Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quae & ego odi. (v. 7.) Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicit Ecclesias: Vincenti dabo edere de ligno vita, quod est in Paradiso Dei mei.

### §. I.

#### Epistola prima.

Diximus in Tractatu præcedente, distingui Episcopos in 7. genera: & Ecclesiæ cum ipsis; sicut populus, sic Sacerdos, Isa. 24. 2. porrò tribus partibus constare singulas Epistolas, iisque aptis inter se.

Paraphrasis  
Epistolæ  
primæ.

I. **A**D Episcopum, qui cum sua Ecclesia est de primo genere, scribitur hoc Exordium. HÆC DICIT QUI TENET 7.

STELLAS IN DEXTERA SUA, Pars pri-  
QUI AMBULAT IN MEDIO 7. ma epi-  
CANDELABRORUM AURE- stolæ.  
ORUM. quasi dicat: Memento esse

D

cc

te unam è Stellis, quarum est lucere luce cœlesti, & dignè meâ dexterâ. in memento Ecclesiam quoque tuam esse Candelabrum aureum, meo sanctum Tabernaculo: ipsum verò me præsentem in medio Candelabrorum.

Pars se-  
cunda.

2. *Narratio.* Esto, habeas OPERA ET LABOREM, aversionem à pseudoapostolis, quos rectè explorasti, ET PATIENTIAM quâ SUSTINUISTI PROPTER NOMEN MEUM, neque illa patientia tua defecerit: attamen, quia CHARITAS prior, quâ cœperas, remisit, idcirco annuntio tibi necessarium esse, ut recuperes lucem primam qua luxisti ut stella, & charitatem qua aristi. POENITENTIAM AGE ET PRIMA OPERA. si pergis decrescere in cha-

ritate, ecce ambulo, inquam, inter candelabra, sum in motu is qui possum movere CANDELABRUM Tuum DE LOCO SUO: id est, auferam & transferam Ecclesiam istam in locum & ad gentem facientem (Matt. 21.v.43.) fructus ejus. Hoc igitur HABEO ADVERSUM TE: ceterū ea quæ geruntur ab hæreticis, rectè mecum ODISTI & is te opponis.

3. *Epilogus.* comminationem præmissam temperat promissione: quod si VICERIS labem inconstantiae, per primum vigorem charitatis, atque in eo persistetis: præmium tuum erit EDERE DE LIGNO VITÆ in paradyso: id est, immortalitas semper vegeta in Beatitudine.

Væ Stellæ quæ remittit de sua luce; Episcopo, cum sua Ecclesia, qui excidit de prima charitate & operibus. Mirum! Episcopo tam laudabilis v. 2. ab operibus, & labore, & patientia; ac v. 3. de zelo doctrinæ propter nomen Christi: eamen comminatur Deus de movendo propter eum toto candelabro! S. Nazianz. Episcopus in Apologet. Virtutum Antistitis: non quād optimum esse. M. Joannes d' Avila: Tot tantaque sunt Pastorum obligationes, ut qui vel tertiam earum partem re ipsa impleret, sanctus ab hominibus haberetur; cum tamen eo solo contentus gehennam non esset evasurus!

### VERBA APOCALYPSEOS.

(Versu 8.) Et Angelo SMYRNÆ Ecclesiæ scribe: Hec dicit primus, & novissimus; qui fuit mortuus, & vivit: (v. 9.) Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es: & blasphemaris ab his, qui sedicunt Iudeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanae. (v. 10.) Nihil horum timeas que passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini: & habebitis tribulationem diebus decessum. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. (v. 11.) Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiæ: Qui vicerit, non laedetur à morte secunda.

§. II.